



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

VII. Reinhold und Hermann von Karstedt verkaufen der  
Marienbrüderschaft in Perleberg 6 Hufen in Glovecyn und Prompcelyn, im  
Jahre 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

iusmodi singulis mansis quinque marcas argenti nobis perfoluit et tribuit prehabitus Thidekinus ita quod praefatis bonis poterit in villa nobelin dotare altare aliquod fundare aut pro suo arbitrio alias vbiunque, nichil omnino subiungentes, quod sepe dictus Thidekinus vel sui heredes aut post ipsorum obitum fenior de progenie illorum de Wardenbergh debet conferre tale altare ydoneo sacerdoti perpetue cum vacare contingeret tempore procedente. In huius rei testimonium praesens scriptum nostri sigilli munimine inviolabiliter roboratur. Testes huius sunt dominus Slothekinus tunc temporis nostrae curie dapifer, dominus hermannus de Luchow noster capellanus, dominus Wernerus plebanus in Lenzin et nobilis comes Hinricus de Luchow, dominus hagenow miles, Nicolaus de weyde miles, Reynerus karstede, Ghodeke de Brizic et alii fidedigni. Datum Berlin anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVI<sup>o</sup>. in rogacionibus.

Nach dem im Großherzogl. Mecklenburgschen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Original.

**VI. Markgraf Johann verzeiget der Gilde Unserer lieben Frauen in der Pfarrkirche zu Perleberg vier Hufen Landes in Prempseln und Glouezin, welche die von Karstedt besessen, im Jahre 1316.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Johannes dei gratia brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Recognoscendo publice profiteamur, Quod Strenni famuli, Reynoldus et Reynoldus de Carstede dicti ac fratres eorundem, nostri Seruitores fideles, Quatuor mansos in villa prempzelyn sitos et duos in villa Glouezyn sitos ad altare confraternitatis sancte marie quod vulgariter vnser vrowen Gulde dicitur in Parochiali Ecclesia parleberg situm cum omni iure rite ac rationabiliter vendiderunt. Quorum Sex mansorum proprietatem liberam damus et dedimus per puram nostram voluntatem donatione libera Ita, quod dicti Sex mansi cum omni iure et libertate dicto altari debeant perpetuo deseruire. Et dicti Reyneri ac ipsorum fratres resignauerunt omne id in nostra praesentia, quod in praescriptis Sex mansis habuerunt. Huius rei Testes sunt Dominus Johannes de Quitzow, Boldewinus de Crughe et Wernerus de Stendal, Necnon alii quam plures fide digni. Actum et Datum Sandow Anno Domini Milleesimo Trecentesimo Sexto decimo feria quinta ante palmas.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives.

**VII. Reinhold und Hermann von Karstedt verkaufen der Marienbrüderschaft in Perleberg 6 Hufen in Glouecyn und Prompseln, im Jahre 1317.**

Memorie sepius contrariatur obliuio, si non res geste fuerint scriptis in testibus solidate. Hinc est quod nos Reynoldus et hermannus dicti de karstede recognoscimus praesentibus protestantes, quod rite vendidimus kalendis siue Guldibus sancte Marie in parleberghe VI mansos cum omni iure et iudicio infimo ac supremo, de quibus II mansi ville adiacent Glouecyn et III mansi adiacent ville prompseln, quos etiam illustri principi marchioni de brandenburg resignamus ad usum praedictarum guldarum, cum omni iure et iudicio supremo et infimo veluti superius est expressum. Preterea sciendum quod de praefatis mansis ville prompseln adiacentibus duo mansi diuisim iacent in duabus curiis ibi-

dem, in quibus scilicet curiis ecclesia sancti Johannis eiusdem ville etiam possidet duos mansos cum decima adherente. Ne igitur in talibus curiis de bonis sancte Marie et sancti Johannis error aliquis oriatur, De consensu plebani et prouisoris sancti Johannis et inde consensu fratrum guldarum sancte Marie est cum bona deliberatione rationabiliter arbitratum, quod bona de hiis curiis prehabita tam ad usum sancte marie quam sancti Johannis cum iudicio supremo et infimo atque decima sint pro iurisdictione communia equa sorte. Huius testes sunt Dominus Godefridus plebanus in prempcelin et Godekinus sculthetus, Enghelbertus wedeke et thidericus wacker, eiusdem ville ciues et alii fide digni. Actum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives.

**VIII. Der Pfarrer Günther in Perleberg und der Rath daselbst bezeichnen die Hebungen des Altaristen der Marienbrüderschaft, im Jahre 1320.**

Pateat omnibus presencia uisuris, quod nos Guntherus plebanus in perleberghe Consulesque ciuitatis eiusdem una cum magistris guldarum sancte Marie ibidem Recognoscimus et presentibus protestamur, quod dominus Johannes sacerdos, ruffus nominatus, habet ad altare praedictarum guldarum sibi collatum V choros filiginis et X solidos censuales cum omni iure, de quibus ville promcellin adiacent III chori et ville Glouezin II chori. Insuper Magistri guldarum qui in tempore fuerunt addent prefato sacerdoti singulis annis in festo Martini VI solidos pro iuuamine scolaris conseruandi, protestantes insuper, si prefatus dominus Johannes in suo pacto vel censu defectum vel carenciam pateretur, ex tunc consules et magistri guldarum, qui in tempore fuerint, sepedictum dominum Johannem debent — fideliter promouere, quod suum pactum debite consequatur. Testes qui eo anno fuerunt in consilio ciuitatis thidericus depecole, Gherardus de kartane, Jo. caluus, Ghe. de noua domo, Jo. beberow, henricus radolfi, wedekinus snakenborch, Jo. capop, Jo. de cerzelin, et magistri guldarum praefatus Jo. caluus, thidericus de studenize, Martinus rulowe, henricus scap, Item magister Gherard de clecic, dominus hinricus Koco et alii fide digni. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. In die sanctorum perpetue et felicitatis uirginum.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives.

**IX. Der von Quitzow und anderer Prignitzscher Mannen Dienstverschreibung gegen Herrn Heinrich von Mecklenburg, im Jahre 1319.**

In gades namen amen we her hinrik van stendal, her philippus hungher, her hannes van quitzawe, werner van stendal, Coneke van quitzawe, otto hungher Bekennen in dessen ieghenwardeghen brenen, dat we mit vsem here her hinrike van mekelenborch vnd van stargarde ghedeghedinghet hebben also hir na gheschreuen steyt, Dat we mit vfen hufen vnd vesten willen vnd scholen bliuen em tu denesten in susdanen reden, Dat he vse here van mekelenborch schal vs vordeghedinghen al vses rechtes vnde en gnedich here sin. Queme dat so dat eme en not antrede vse huf vnde vesten mefekendorpe, schadewusterhufen, Quitzaw vnde oramunt scholen em open sin tu al finer not. Des scha he vs